


ARNOLDI
VINNII JC.
TRACTATUS QUATUOR,
N E M P E
DE PACTIS, JURISDICTIONE,
COLLATIONIBUS,
ET TRANSACTIONIBUS;
CUM INDICIBUS LOCUPLETISSIMIS.

Quibus additæ sunt
SIM. VINNII A. F. ORATIONES.
Editio novissima prioribus emendatior.



LUGDUNI,
Sumptibus PETRI BRUYSET, & SOCIORUM.

M D C C X L V I I I .
CUM PERMISSU REGIS ET APPROBATIONE.



A R N O L D I
V I N N I I J C.
T R A C T A T U S
D E P A C T I S.

C A P U T P R I M U M.

Quid pactum , pactio ; conventio , pactum conventum.

1. *Pacti & pactioris definitio.*
2. *Pactum & pactio idem , & N°. 5.*
3. *Pactum generali significatione idem , quod conventio , & N°. 7.*
4. *Actu plus est in specie , quam in genere : genus , symbolum communis specierum essentiae.*
5. *Generali appellatione pacti etiam contractus nominator contineri.*
6. *Prætorem edicto de pactis edicere de conventionibus omnibus.*
7. *Pacta conventa quomodo prætor servet.*
8. *Cur in definitione mentio fiat duorum aut plurium.*
9. *Quid sit illud in idem.*
10. *Pactum speciali significatione passim pro pacto nudo.*
11. *Pactum conventum , nihil aliud quam pactum per se positum.*
12. *Pactum conventum propriæ non est pactum iuris.*
13. *Quod nostris pactum conventum dicitur , Græci Jurisconsulti reddiderunt simpliciter.*
14. *Si quando pactum , aut pactum conventum pro instrumento pacti usurpatum , tropica locutio est , non propria.*

Vinn. Tract. Varii.

1.  ACTUM sive pactio est duorum vel plurium in idem placitum & consensu. Placitum & consensus. Constant. Harmenop. libr. 1. tit. 9. cap. 1. ἐγίνεται καὶ συγκατέβεντες , Synops. Attaliatae titul. 6. ἀπίσχεται καὶ συναίνεται. In Pandectis Florentinis legitur , in idem placitum consensus. Ceterum parum refert , utro modo legas. Ita definitur pactio ab Ulpiano in I. 1. §. 2. hoc tit. & eodem modo ab eodem auctore , pactum in I. 3. de pollicit.

2. Unde appetat utrumque idem esse , atque æque late vocis utriusque significationem patere , contra quam existimat Duarenus ad d. I. 1. §. 1. hoc tit. In una I. juris gentium. 7. §. sed cum nulla. 4. & aliquot §§. seqq. eod. plus sexies promiscue pacti & pactioris verbo idem Ulpianus utitur. Sunt qui putant pactum propriæ dici jus , quod ex pacto existit , sive obligationem ex actu pacificandi natam : sed sine ulla auctoritate , ullave vel in speciem probabili ratione. Nam in I. 1. §. 1. eod. tantum grammatica quedam assertur deductio.

3. Sed & pactum generali significatione non minus late patet , quam nomen con-

A D

**A M P L I S S I M I E T C L A R I S S I M I V I R I ,
A R N O L D I V I N N I I ,**

In Celeberrima LUGDUN. BATAV. Academ. Juris Professoris
Primarii, unici Filii,

S I M O N I S V I N N I I , J . U . D .

Inopinum Funus.

QU*i* nuper dirus luxit, Linemanne, Cometes,
Veri pr̄esagum Te probat esse Virum,
Sublimi ingenio natis juvenilibus annis
Dixisti; vereor, Magne, malignus erit.
Est ita, lethiferum hoc lumen vix condidit aether;
Sidereæ mentis lumen & ecce cadit.
Aspice Belgarum Virtuti nata juventus,
Occidit ecce tui lux veneranda chori.
Ille juventutis Princeps, flos ille virescens
Musarum, verno tempore morte perit.
Vergentis Patriæ columen, fulcrumque senectæ,
Heros præclari Nominis, atque decus.
VINNIUS ille riget, quem nuper rostra, Cathedræ,
Portarunt, hunc nunc atra feretra ferunt.
Germanis effertur amor, Belgisque voluptas;
Cor matri, juri gloria, vita patri.
Mento canescant, mente hic, multique Capillo,
Pectore, sed juvenis mortuus hicce senex.

Et Germanos æstimare Belgas, & esse Belgis quod ament,
& mirentur Germani exemplo vita functi Cl. Viti amici
quondam sui Col. L. M. Q. innuerit voluit.

D. L. B. L.

F I N I S .

